VICIPÆDIA

Lingua Dacoromanica

Lingua Dacoromanica vel **Romanica**[1] vel **Walachica**[2] vel **Moldavica**[3] (Dacoromanice: *limba română*) est lingua indoeuropaea romanica orientalis, qua utuntur praesertim in Romania Moldaviaque, nonnulli quoque in Hispania, Italia, Hungaria, Serbia, Ucraina, Bulgaria, CFAque. Primum Georgius Şincai collega Samuele Micu adiuvante demonstravit Linguam Dacoromanicam ad linguas Romanicas pertinere cum anno 1780 librum de grammatica, qui *Elementa linguae daco-romanae sive valachicae* inscribitur, Vindobonae ediderit.

Lingua Dacoromanica litteris Latinis scribitur, ad quas paucae litterae singulares velut ș /ʃ/ et ț /ts/ accedunt[4].

Lingua Dacoromanica est solus sermo Romanicus vulgaris atque adhuc vivus in quo genus neutrum servatur.

Lingua Dacoromanica limba română	
IPA:	[limba romɨnə]
Taxinomia:	lingua Indoeuropaea e divisione orientali stirpis Romanicae
Locutores:	24 000 000
Sigla:	1 ro, 2 rum, 3 ron
Status publicus	
Officialis	Romania, Moldavia
Privata	Serbia, aliae
Litterae:	
Scriptura:	Latina
Procuratio:	Academia Română

Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Index

Loci

Lingua Dacoromanica in terris Romania ac Moldavia solis primaria; sed etiam in Balcania et Europa orientali (Graecia, Macedonia, Bulgaria, Serbia, Hungaria, Croatia, aliisque), Israel, Italia, Hispania inque aliis nonnumquam audiri potest.

Alphabetum Dacoromanicum

Litterae	Soni
A	**a**mo
Ă	l**e** (francice)
Â	**y** (finnice)
B	**b**os
C	**c**onfirmo/**c**aelum
D	**d**omus
E	f**e**ro
F	**f**errum
G	**G**allia/**g**ero
H	**h**ouse (anglice)
I	**i**mperium
Î	ut â
J	**j**e (francice)
L	**l**egatus
M	**m**anus
N	**n**auta
O	**o**men
P	**p**raetor
R	**r**atio
S	**s**apio
Ș	**sc**io?
T	**t**aurus
Ț	laeti**t**ia?
U	**u**xor
V	**v**etus
X	**X**er**x**es
Z	vi**s**um

Textus exempla

Exempla sermonis 'Pater noster' quae ex lingua Latina et Italiana et Dacoromanica hausta sunt:

Lingua Latina	Lingua Italiana	Lingua Dacoromanica
Pater noster, qui es in caelis:	Padre nostro, che sei nei cieli,	Tatăl nostru care ești în ceruri,
sanctificetur Nomen Tuum;	sia santificato il tuo nome.	sfințească-se numele Tău.
adveniat Regnum Tuum;	Venga il tuo regno.	Vie împărăția Ta.
fiat voluntas Tua, sicut in caelo, et in terra.	Sia fatta la tua volontà, come in cielo così in terra.	Facă-se vrerea Ta, precum în cer, așa și pe pământ.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;	Dacci oggi il nostro pane quotidiano	Pâinea noastră cea de toate zilele, dă-ne-o nouă astăzi.
et dimitte nobis debita nostra,	e rimetti a noi i nostri debiti,	și ne iartă nouă păcatele noastre,
Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;	come noi li rimettiamo ai nostri debitori.	precum și noi iertăm greșiților noștri.
et ne nos inducas in tentationem;	E non ci indurre in tentazione,	Și nu ne duce pe noi în ispită,
sed libera nos a Malo.	ma liberaci dal male.	ci ne izbăvește de cel rău.

Notae

1. *Tentamen criticum in originem, derivationem et formam linguae Romanae in utraque Dacia vigentis vulgo Valachicae. Auctore A. Trebonio Lauriano.* Viennae, 1840. Interdum et *Rumanica*.
2. In Walachia, cf. *De deminutivis linguae Rumanicae vulgo Walachicae nominatae. Auctor Nicolaus Ch. Quintescu.* Berolini.
3. In Moldavia, cf. *Descriptio Moldaviae* (https://books.google.ru/books?id=eMsVAQAAMAAJ&q=linguae+moldavicae&dq=linguae+moldavicae&hl=ru&sa=X&ved=0ahUKEwjOmcnb0tToAhXuoosKHZ8zBiUQ6AEIWTAF) Demetrii Cantemirii vel Edicta et mandata universalia regnis Galiciae et Lodomeriae ... promulgata (https://books.google.ru/books?id=O8hMAAAAcAAJ&pg=RA1-PA20&dq=linguae+moldavicae&hl=ru&sa=X&ved=0ahUKEwjOmcnb0tToAhXuoosKHZ8zBiUQ6AEIKjAA#v=onepage&q=linguae%20moldavicae&f=false), Leopoli 1798, p. 20.
4. In Moldavia et Transnistria et Cyrillicis.

Fontes

Interrete

- Vicipaedia Anglica (https://en.wikipedia.org/wiki/Main_Page), *Dalmatian language* (https://en.wikipedia.org/wiki/Dalmatian_language), Maius 2012.

Nexus externi

Lege de **Lingua Dacoromanica** in **Vicilibris**.


Haec stipula ad linguam vel ad linguisticam spectat. Amplifica (https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Dacoromanica&action=edit), si potes!

Receptum de "https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Dacoromanica&oldid=3536083"